Universitätsbibliothek Paderborn

Commentaria Vetustissima & profundissima Super Canticvm Canticorvm Salomonis Qvod Hebraice Dicitvr Sirhasirim

Wolbero <de Sancto Pantaleone>

Coloniae Agrippinae, 1630

Devita Commentatoris huius Ex antiquissima tabula quae asseruatur manuscripta in Caenobio D. Pantaleonis intra Coloniam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10027

Visual Library

De vita Commentatoris huius

Ex antiquiſsima tabula quæ aſſeruatur manuſcripta in Cœnobio D. Pantaleonis intra Coloniam.

VVolbero XII. Monaſterij S^ti^ Pantaleonis Abbas eligitur Anno 1147. poſtquam R^dus^ P. Gerhardus ſenio confectus baculum Paſtoralem in præſentia R^mi^ D. Arnoldi, I.^mi^ eiuſdem nominis Archiepiſcopi, ac Priorum Monaſterij reſignaſſet. Hic ingenio & eloquio clarus fuit, vtpote vir in diuinis Scripturis ſtudioſiſſimus, & in ſæcularibus literis ſuo tempore doctiſſimus. Scripſit ſacris Virginibus Benedictinæ inſtitutionis in Inſula Rheni Deo & B. Mariæ militantibus libros quatuor in Cantica Canticorum, quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit. Obijt Anno D. 1167. 5. Idus Aprilis, ſub Alexandro eiuſdem nominis tertio Romano Pontifice, Reinoldo Archiepiſcopo Colonienſi, ac Friderico I. Imperatore, cum annis præfuiſſet 21. ſepultus ſub ædicula D. Margarethæ Virginis ac Martyris, hoc Epitaphio teſte.

Corporis exuuias hic depoſui tumulandas,
Præſidiumque piæ ſub tegmine ſpero Mariæ,
Cuius ad ædiculam conſtruxi culmina ſacram:
Sit requies animæ; ſit plena ſolutio culpæ.

EPI-